

FORORVM

AC

OBSERVANTIARUM REGNI ARAGONUM

CODEX

SIVE

ENODATA METHODICA

43-2-9. **COMPILATIO**

JVRE CIVILI, ET CANONICO FVLCTA;
LEGIBVS CASTELLÆ CONCILIATA, ATQVE
OMNIGENA ERVDITIONE CONTEXTA.

*OPVS QVIDEM OMNIBVS VTILE, ET FORTE NON
iniucundum; Verum Aragoniæ Iudicibus, Advocatis, & Causidicis,
perquam necessarium.*

A V C T O R E

D. D. DIDACO FRANCO DE VILLALBA,
EX BILBILITANIS BELLOMONTANO, VTRIVSQUE
Juris Doctore, iam pridem Causarum Strenuo Patrono: Civitatis Cæsar-
Augustæ, Consistorij Deputationis Regni, atque Congressûs Regalis
Ararij, Assessore Ordinario: Rei Militaris, Generali Auditore: Guber-
natoris Politici Cæsaraugustæ, Locumtenente: & postea eiusdem Civitatis
Interino Prætoro: Denuò à Consilio Regiæ Catholicæ Maiestatis in Aula
Criminali Regalis Audientiæ Aragonum: Nunc autem in eius
Superiori, Civili Confessu, ac Gubernij Senatu
Auditore, & Administ. ro.

CÆSARAVGVSTÆ:

Apud PETRVM XIMENEZ Typographum, anno 1727.



FIDISSIMO CÆSARAVGVSTANÆ
 VRBIS PALLADIO,
 INTEMERATO ARAGONVM
 REGNI ASYLO,
 SINGVLARI TOTIVS ORBIS
 PROPITIATORIO,
 VENERABILI ORTHODOXÆ FIDEI SCEPTRO,
 ATQVE TEMPLO INDISOLVBILI
 DEIPARÆ COLVMNATÆ



IN Te, ò Virgo Sanctissima! *Angeli* S. Bernard. *Serm.*
Latitiam, Iusti gratiam, Peccatores 2. *Pentec.*
veniam, atque omnes omnia, effusis
 è tuæ Misericordiæ sinu, Theauris
 Cœlestibus inveniunt. Quærant igitur
 alij, aut Patronos Nobiles, aut
 Mœcenates Principes; ipse quidem
 in te Spem vnicam invenire potui,
 quæ ad hoc quale quale Litterarum Specimen, sub Tuo
 Nomine perficiendum, animum, & mentem meam excita-
 ret. Nec enim aliter haurire possem, Tuo destitutus auxi-
 lio, aut à tanto labore *Latitiam*, aut à Justis rerum æsti-
 matoribus *gratiam*, aut à Criticis Censoribus *Veniam*. Pro-
 tegente vero MARIA, quid non audeam sperare? *Quis* Eccles. 12. v. 24
namque invocavit, & despexit illum?

Protege ergo *Auxiliatrix nostra*, & suscipe Librum, qui
 nisi ad tuas Aras nostris manibus deferretur, ipse ad te quasi
 quodam naturæ ductu rectà contenderet; ne scilicet abiectus
 esset, quia meus, cum pretiosus esse posset, quia tuus: Is
 profectò non prius (vt fieri solet) ad finem vsque perduc-
 tus est, & Tibi postea dicatus; sed eo iam animo inceptus;
 vt tuo Nomini dicaretur: Hac nimirum gratitudinis specie,
 proniorem te fore sperabam precibus his, quas in ipso ope-
 ris Exordio sæpè sapius toto corde proferebam:

Ad Te confugio, & supplex tua Numina posco;
 Ijs etiã, quas in ipsius operis progressu spe non irrita geminabam
Adsis, & aspira ceptis, & dirige gressum
Informans linguam, Cor, animumque meum.

REGALE ATQVE TEXTVALE P R O Æ M I V M.

D REX JACOBVS, in principio Fororum sic statuit: Vbi Fori non sufficiunt, ad naturalem sensum, & æquitatem recurratur.

D. REX JACOBVS... Quo justior alter, Nec pietate fuit, nec bello maior, & Armis uti de Ænea cecinit Virg. lib. 1.

Ex varijs prædecessorum suorum scriptis, Volumen Fororū composuit, ut ipse testatur in suo Prologo. Et constat inter alios, quod Sanctius Rex anno 1064. iam Foros indicit, & quod in Codicem referebantur ut affirmat Circumspectus Zurita in Chronica. pag. 30. & illustrat P. Abarca in Vita huius Principis. De quibus Legibus, atque etiam, de alijs antiquis, pluries in locis opportunis mentionē facimus.

Itaque de tractis supervacuis, ac præjudicialibus, quibus non sine magno temporarium rerum incommodo, atque Animarum periculo, & non zelo justitiæ, sed ambitiosa malitia infligebant: Ut idem Gloriosissimus Rex ibidem profecquitur: Volumina suam composuit; Namque reor, pro tunc Regnum istud visibus iniquis tanquam Castella usque ad Forum Regalem seu Legum Alphonsi Sapientis Generi nostri Jacobi, minus feliciter regebatur; ut animadvertit D. Greg. Lopez in Prolog. ad Leges Partitarum n. 7. lit. G. V. Alphonsus.

Nec prætermittendum est, quod eodē circiter tempore ambo Insignes Principes, Foros condiderunt, seu compilarunt, ut ex eorum editione aperte resultat; Vnus scilicet in Castella, & alter in Aragonia; ille Forum appellatum Legum, seu Regalem, ac parum postea Leges Partitarum: Ille Foros, & Privilegia Aragoniz; Verumtamē divertimodē: Nā Lex illa satis omnibus commoda est; ut notavit Titus Liv. lib. 34. in princ. Quod utique cognovit Sapiens Alphonsus, cum in d. leg. 2. ait. de los Establecimientos lib. 1. For. Reg. pag. 1. sic animadvertit: Convenible à la Tierra debe ser la Ley. Vide plura, & pulchra ad intentum apud D. Episc. Palafox tom. 5. fol. 330.

Vbi Fori non sufficiunt, ait nost. text. Quia plures sunt res, quam vocabula valeant reperiri, uti glossat & Commentat D. Rex Jacobus secundus in Prælus. For. suor. ideo ad naturalem sensum Lex ista præcipit, quod recurratur; Et in hoc conformis est cum jure Canonico in c. consuetudo 1. Dist. Vbi deficiente Lege, recurrendum esse ait ad rationem naturalem. Et etiam cum iure Civili, ut in leg. Scire oportet §. sufficit ff. de excus. tutor. Quia sensus rationalis, vel

naturalis ratio, non minus, quā Lex amplectenda est, ut docet text. Juris communis in leg. 7. ff. de Bon. damnat. Quo sensu cecinit Poet. apud Nath. de Just. vuln. pag. mihi 247:

Nam neque decipitur ratio, nec decipit inquam: Atque naturalis ista ratio, per leges ipsas recognita est, uti constat ex leg. 15. §. 5. Cod. de Excusat. Et adhuc pro legali axioma habetur, quod ubi ratio naturalis invenitur, quaerere Legem est, infirmitas intellectus. Ut ex dict. leg. 13. de Excus. tutor. Anton. Gom. ad leg. 1. Taur. n. 9. Suelv. semic. 1. conf. 5. n. 86.

Quare D. Rex Petrus IV. in Procem. For. ann. 1381: sic oppositissimē animadvertit: Cum nullum violentum esse perpetuum, fere omnia naturalia testantur: & qui in se & suis Principatum perpetuari desiderat: summo opere studere debet, ut sit Regimen suū NATURALE.

Et ad æquitatē recurratur profecquitur nost. text; Quoniam in omnibus maximē tamen in jure, æquitas spectanda sit ait lex 9. de ff. R. 1. Atque Legum conditiores, æquitatis convenit esse factores, ut etiam animadvertitur in leg. 8. Cod. de pass. tam sup. Dot. Idēoque canitur in Psalm. 66. Latentur, & exultent Gentes, quoniam iudicas Populos in æquitate. Et hinc nō fallor dicuntur Aragonenses **ÆQUITATIS ADMATORES**, D. Reg. Sesse decij. 434. n. 10.

Si tamen credimus Baldo in Visibus Feud. Rub. de Allodijs §. 1: ipsum verbum Foros æquitas est; Sed cave ab æquitate abusu, de quo plura, & quidem pulchra Steph. Nathen. de just. vuln. tit. 8. cap. 1. per tot. atque Disertus nost. Ramirez de leg. Reg. §. 19. a n. 19. ad quos te remitto, nam invenies quidquid desiderare potes.

Nota, quod etiam ratio ipsa scripta in corpore juris, æquitas est, de qua istud Proæmium loquitur; ut docet magus Pract. Præceptor Michael del Molino in verb. Foros in princip. & D. Reg. Sesse decij. 432. & D. Reg. Monter à Cueva decij. 11. a n. 15.

Nota insuper, quod primo recurrendum est ad jus Canonicum, tanquam magis æquitatis amicum, & postea ad jus Civile, ut præter D. Reg. Sesse, & alios Practicos Regni, optime quidem disserit Reg. Cortiat. decij. 24. ex n. 186. omnino videndus.

Id ipsum in Castella procedit, ut constat ex